

Der geistliche Richter des Bistums Chur gebietet dem Jörg Dieprecht von Bendern, dem Pfarrer Kaspar Ammann von Eschen den Zehnten von seinen in der Pfarrei liegenden Gütern nach alter Gewohnheit zu entrichten.

Or. (A), Liechtensteinisches LandesA, Pfäfa 2. – 27/20,5 (Plica 3,4) cm. – Am rechten Rand ein ca. 7/4 cm grosses Loch im Pg. – Siegel des Geistlichen Gerichts Chur in Holzkapsel abh. – Siegelbeschreibung und Abbildung siehe: Liesching/Vogt, Siegel. In: JBL 85 (1985) Nr. 132, S. 132. Rückvermerk (15 Jh.): Johannes Hopper¹, vicarius Curiensis. Eschen vmm etlich zechend vrtailbrief N^o 24 de dato 1454. Hanc descriptam legere poteris in libris annalibus ad hunc annum. Regest: Wegelin, Regesten Pfävers, 575. – Schädler, Pfarrei Eschen, S. 29.

¶ In^{a)} nomine domini amen. ¶ Iudex^{b)} ecclesie Curiensis omnibus praesencium inspectoribus subscriptorum noticiam in domino cum || l² salute. Noveritis et noverint universi et singuli, quoscumque praesens tangit tangereve poterit negocium quomodolibet nunc vel || l³ in futurum etc. In causa decimali mota coram nobis inter dominum Caspar² plebanum parrochialis ecclesie in Eschen³ Curiensis || l⁴ dyocesis actorem ex una et Ieorium Dieprecht laicum de villa Penderum⁴ eiusdem dyocesis reum partibus ex altera proponente l⁵ dicto actore, quod licet reus ipse certa predia infra limites ecclesie parrochialis in Eschen sita habeat, de quibus l⁶ decima ad plebanum ibidem supradictum pertineat, idem tamen reus decimam de bonis eisdem secundum consuetudinem ecclesie p(arrochialis)^{c)} l⁷ in Eschen rationabilem et prescriptam dare et solvere recusaret et recusat in anime sue periculum [et in dampnum]^{d)} l⁸ non modicum ipsius actoris, videlicet quod tempore eo, quo frumenta metuntur, manipuli omnes predii vel ag(ri) [...] l⁹ sit, in bigam vel cumulum portantur et de cumulo illo l¹⁰ taliter vel biga rectari decima solvitur et pres[...]^{g)} l¹⁰ Actor ipse petiit per nos nostramque sententiam diffinitivam decerni pronunciari et declarari ipsum reum decimas sol(vere) [...] l¹¹ et tenere de bonis suis sitis infra limites ecclesie parrochialis supradicte in Eschen secundum consuetudinem ecclesie eiusdem [...] l¹² autem reus respondit sibi de illa consuetudine non constare, sed peteret iustitiam. Super quibus partes ipse per nos nostramque s(ententiam)^{j)} l¹³ diffinitivam petierant declarari. Nos autem in causa huiusmodi valentes simpliciter et de plano procedere, ut de iure congruit, auditis [...] l¹⁴ omnia testibus per actorem productis super huiusmodi consuetudine ad nostram diffinitivam sententiam procedendum duximus et processimus eamque per ea [que] l¹⁵ ex depositione testium vidimus et cognovimus in hunc, qui sequitur, tulimus modum: Cristi nomine invocato pro tribunali sedendum et solum deum l¹⁶ pre oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam serimus in hiis scriptis, decernimus, declaramus et pronunciamus ipsum reum l¹⁷ de prediis et bonis infra limites parrochialis ecclesie supradicte sitis decimam debere solvere secundum consuetudinem allegatam l¹⁸ ecclesie parrochialis in Eschen, quam et nos decernimus per praesentes rationabilem et prescriptam. Datum in opido Velkirch⁵, l¹⁹ die tertia mensis septembris, anno domini millesimo quadringentesimo quinqu[gesim]o^{m)} quarto indictione secunda.

^{a)} Initiale I 8,2 cm lang. – ^{b)} Initiale I 1,4 cm hoch. – ^{c)} Loch im Pg. ca. 1,8 cm. – ^{d)} Loch im Pg. 2,8 cm. – ^{e)} Loch im Pg. 3 cm. – ^{f)} Es folgt durchgestr. irr. wiederholtes illo. – ^{g)} Loch im Pg. 2 cm. – ^{h)} Loch im Pg. 1,5 cm. – ⁱ⁾ Loch im Pg. 1,5 cm. – ^{j)} Loch im Pg. 1,2 cm. – ^{k)} Loch im Pg. 1 cm. – ^{l)} Loch im Pg. 0,5 cm. – ^{m)} Loch im Pg. 0,7 cm.

¹ Johannes Hopper, 1460-1483 Dompropst. – ² Kaspar Ammann, 1446-†1457. – ³ Eschen. – ⁴ Bendern, Gem. Gamprin. – ⁵ Feldkirch, Vorarlberg (A).

e-archiv.li